**Q**uid nemoza erbiopum molli canentia lanae  
**C**elleraq; vt folijs depectant tenuia serese  
**A**ut quos oceano propior gerit india lucos  
**E**xtremi sinus orbis: vbi aera vincere summum  
**A**rboris baud vllle iactu potuere sagitte:  
**E**t gens illa quidem sumptis non tarda pbaretris.  
**D**edia fert tristes succos tardumq; saporem  
**F**elicis mali quo non presentius vllum

# Georgicorum

**N**ocula si quando scuee infecere nouerce.  
**D**iscuerintq; herbas et non innoxia verba  
**A**uxilium venit: ac membris agit atra venena.  
**I**psa ingens arbor. faciemq; similima lauro:  
**E**t si non alium late iactaret odorem:  
**L**aurus erit folia baud vllis labentia ventis  
**F**los appzima tenax: animas: et olentia medi  
**O**ra fouent illa: et sensibus medicantur anbelis.  
**S**ed neq; medorum silue ditissima terra.  
**N**ec pulcher ganges atq; auro turbidus hermo  
**L**audibus italie certent: non bactra: neq; indi  
**T**otaq; thuriferis pancaia pinguis barenis:  
**N**ec loca non tauri spirantes naribus ignem  
**I**nuertere. satis immanis dentibus bydri.  
**N**ec galeis densisq; virum seges horruit hastis:  
**S**ed grauide fruges: et bacchi massicus humos  
**I**mplere: tenent oleeq; armenta q; leta.  
**H**inc bellator equus campo sese arduus infert.  
**H**inc albi clitumne greges: et maxima taurus  
**V**ictima. sepe tuo perfusi flumine sacro



# Liber secundus

Romanos ad templa deum duxere triumphos.

Hic ver assiduum. atq; alienis mensibus estas

Bis grauide pecudes bis pomis utilis arbor:

At rabide tigres absunt: et seua leonum

Semina. nec miseros fallunt aconita legentes.

Hec rapit immensos orbis per humum neq; tantos

Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.

Adde tot egregias vrbes: operumq; laborem:

Tot congesta manu preruptis oppida saxis:

Fluminaq; antiquos subterlabentia muros.

An mare qd supra memorem: quodq; abluit infra:

An ne lacus tantos te lari maxime: tecq;

Fluctibus: et fremitu assurgens benace marmo:

An memorem portus lucrinoq; addita claustra

Atq; indignatum magnis stridoribus equor:

Julia qua ponto longe sonat vnda refuso:

Tyrrbenuq; fretis immittitur estus auernis.

Hec eadem argenti riuos: erisq; metalla

Distendit venis: atq; auro plurima fluxit.

Hec genus acre virum marfos: pubenq; sabellam:

*Arbor*  
*Antiq; fuit dicitur*  
*Arbor quibus in*

# Georgicorum

**A**ssuetumq; malo ligurem: volscoq; verutos

**E**xtulit: hec decios: marios magnosq; camillos:

**S**ciptiadas duros bello et te maxime cesar

**Q**ui nunc extremis asie iam victor in oris

**I**mbellem auertis romanis arcibus indum.

**S**alue magna parens frugum saturnia tellus:

**M**agna virum tibi res antique laudis: et artis

**I**ngredior: sanctos ausus recludere fontes

**A**screamq; cano romana per oppida carmen.

**N**unc locus aruorum ingenijs: que robor a cuiq;

**Q**uis color et que sit rebus natura ferendis

**D**ifficiles primum terre collesq; maligni

**T**enuis vbi argilla: et dumosis calculus aruis.

**P**alladia gaudent silua viuacis oliue.

**I**ndicio est tractu surgens oleaster eodem

**P**lurimus: et strati baccis siluestribus agri

**A**tq; pinguis humus: dulciq; vligine leta:

**Q**uisq; frequens herbis: et fertilis vberis campus.

**Q**nalem sepe caua montis coualle solemus

**D**espicere huc summis liquuntur rupibus amnes

# Liber secundus

**F**elicemq̄ trabunt limum: quiq̄ editus austro:  
**E**t filicem curuis inuisam pascit aratris:  
**H**ic tibi preualidas olim multoq̄ fluentes  
**S**ufficiet baccho vites: hic fertilis vne:  
**H**ic laticis: qualem pateris libamus et auro:  
**I**nflavit cum pinguis ebur tyrrhenus ad aras:  
**L**ancibus et pandis fumantia reddimus ecta:  
**S**in armenta magis studium: vitulosq̄ tueri:  
**A**ut fetus ouium: aut vrentes culta capellas:  
**S**altus: et saturi petito longinqua tarenti:  
**E**t qualem infelix amisit mantua campum:  
**A**scendent niueos herbofo in flumine cygnos.  
**N**on liquidi gregibus fontes. non gramina defunt:  
**E**t quantum longis carpent armenta diebus:  
**E**xigua tantum gelidus ros nocte reponet.  
**N**igra fere et presso pinguis sub vomere terra.  
**E**t cui putre solum nanq̄ hoc imitamur arando  
**O**ptima frumentis: non vlllo ex equore cernes  
**P**lura domum tardis decedere plaustra iuuenis  
**A**ut vnde iratus siluam defexit arator:

# Georgicorum

**E**t nemora euertit multos ignans per annos  
**A**ntiquasq; domos animum cum stirpibus imis  
**F**ruit ille altum nidis petiere relictis.  
**A**t rudis enituit, impulso vomere campus:  
**N**am seiuua quidem cliuosi glareae ruris  
**Q**uic humiles apibus castias: roremq; ministrata  
**E**t topbus scaber et nigris exesa chelidris  
**C**reta: negant alios eque serpentibus agros  
**D**ulcem ferre cibum: et curuas prebere latebras:  
**Q**ue tenuem exhalat nebulam fumosq; volucres  
**E**t bibit humorem: et cum vult ex se ipsa remittit.  
**Q**ueq; suo viridi semper se gramine vestit  
**N**ec scabie et falsa ledit rubigine ferrum.  
**I**lla tibi letis intepet vicibus vltimos:  
**I**lla ferax oleae est: illam experiere colendo:  
**E**t facilem pecori: et patientem vomeris vinci.  
**L**alem diues arat capua: et vicina veseno  
**O**ra iugo et vacuis clanius non equis acerris:  
**N**unc quo quamq; modo possis cognoscere dicam:  
**R**ara sit an supra morem si densa requiras

# Liber secundus

**A**ltera frumentis quoniam fauet altera baccho.  
**D**ensa magis cereri: rarissima queq; lyeo  
**A**n te locum capies oculis: alteq; videbis  
**I**n solido puteum demitti: omnemq; repones  
**R**ursus humum: et pedibus summas equabis harenas  
**S**i deerit rarum, pecoriq; et vitibus almis  
**A**ptius vber erit, syn in sua posse negabunt  
**I**re loca: et scrobibus superabit terra repletis.  
**S**pissus ager: glebas cunctantes crassaq; terga  
**E**xpecta et validis terram proscinde iuuentis:  
**S**alsa autem tellus: et que perbibetur amara:  
**F**rugibus infelix: ea nec mansuescit arando  
**N**ec baccho genus aut pomis sua nomina seruat.  
**T**ale dabit specimen tu spisso vimine quallos:  
**A**olaq; prelozum fumosis deripe tectis:  
**H**uc ager ille malus: dulcesq; a fontibus vnde  
**A**d plenum calcetur: aqua eluctabitur omnis  
**S**cilicet et grandes ibunt per vimina gutte:  
**A**t sapor indicium faciet manifestus: et ora  
**T**ristia tentantum sensu torquebit amaro.

# Georgicorum

**A**inguis item que sit tellus: hoc deniq; pacto  
**D**iscimus: haud vnq; manibus iactata fatiscit:  
**S**ed piceis in morem ad digitos lentescit habendo,  
**H**umida maiores verbas alit: ipsaq; iusto  
**L**etior: ab nimium ne sit mihi fertilis illa:  
**N**eu se preualidam primis ostendat aristis.  
**Q**ue grauis est: ipso tactam se pondere prodit:  
**Q**ueq; leuis: promptum est oculis prediscere nigram  
**E**t quisquis color: at sceleratum exquirere frigus  
**D**ifficile est: picee tantum: taxiq; nocentes  
**I**nterdum: aut hedere pandunt vestigia nigre.  
**H**is animaduersis. terram multo ante memento  
**E**xcoquere: et magnos scrobibus concidere montes  
**A**nte supinatas aquiloni ostendere glebas:  
**Q**uam letum infodias vicis genus: optima putri  
**A**rua solo id venti curant gelideq; pruine.  
**E**t labe facta mouens robustus ingera fossor.  
**A**t si quos haud vlla viros vigilantia fugit:  
**A**nte locum similem exquirunt: vbi prima paretur  
**A**rboribus seges. et quo mox digesta feratur.

# Liber secundus

**D**utata ignorent subito ne semina matrem.  
**Q**uin etiam celi regionem in cortice signant.  
**U**t quo queq; modo steterit: qua parte calores  
**A**ustrinos tulerit: que terga obuerterit ari:  
**R**estituant. adeo in teneris consuescere multum est  
**C**ollibus: an plano melius sit ponere vites  
**Q**uere prius, si pinguis agros metabere campi.  
**D**ensa sere: in denso non segnior vberere bacchus.  
**S**in tumulis acclive solum, collisq; supinos:  
**I**ndulge ordinibus, nec seclius omnis in vnguem  
**A**rboribus positis secto via limite quadret.  
**U**t sepe ingenti bello cum longa cohortes  
**A**pplicuit legio, et campo stetit agmen aperto:  
**D**irecteq; a cies, et late fluctuat omnis  
**A**re renitenti tellus, nec dum horrida miscent  
**P**roelia, sed dubius medijs mars erat in armis.  
**O**mnia sint paribus numeris dimensa viarum.  
**N**on animum modo vti pascat prospectus inanem:  
**S**ed quia non aliter vires dabit omnibus equas  
**T**erra nec in vacuum poterunt se extendere rami  
o iij

# Georgicorum

**F**orsitan: et scrobibus que sint fastigia queras.  
**A**usim vel tenui vitem committere sulco.  
**A**lcius ac penitus terre defigitur arbor.  
**E**sculus in primis, que quatum vertice ad auras  
**E**tberias, tantum radice in tartara tendit.  
**E**rgo non byemes illam, non flabra neq; bymbres  
**C**onuellant, immota manet, multosq; per annos  
**M**ulta virum voluens durando secula vincit  
**T**um fortis late ramos, et brachia tendens  
**H**uc illuc media ipsa ingentem sustinet ymbra  
**N**e ue tibi ad solem vergant vincta cadentem  
**N**e ue inter vites corylum sere, ne ue flagella  
**S**umma pete, aut summa defringe ex arboze plantas  
**T**antus amor terre, neu ferro lede retuso  
**S**emina neue oleæ siuestres inserere truncos,  
**N**am sepe incautis pastoribus excidit ignis,  
**Q**ui furtim pingui primum sub cortice tectus  
**R**obora comprehendit, frondescq; elapsus in altas  
**I**ngentem celo sonitum dedit, inde secutus  
**P**er ramos victor: perq; alta cacumina regnat,



# Liber secundus

Et totum inuoluit flammis nemus et ruit atram

Ad celum picea crassus caligine nubem.

Prefertim si tempestas a vertice siluis

Incubuit. glomeratq; ferens incendia ventus

Hoc vbi. non a stirpe valent. ceseq; reuerti

Possunt atq; yma similes reuirescere terra.

Infelix superat folijs oleaster amaris:

Hec tibi tam prudens quisq; persuadeat auctor

Tellurem bozea rigidam spirante mouere.

Rura gelu tunc claudit hyems: nec semine lacto

Concretam patitur radicem affigere terre.

Optima vinetis satio est. cum vere rubenti

Candida venit auis longis inuisa colubris:

Prima vel autumnii sub frigoza. cum rapidus sol

Nondum hyemem cōtingit equis. iam preterit estas.

Ver adeo frondi nemorum. ver vtile siluis.

Uere tumēt terre. et genitalia semina poscunt

Tum pater omnipotens fecundis imbribus ether

Coniugis in gremium lete descendit. et omnes

Magnus alit magno commixtus corpore fetus.

# Georgicorum

**A**ula tunc resonant auibus virgulta canoris.  
**E**t venerem certis repetunt armenta diebus.  
**P**arturiscit almus ager. zephiriq; tepentibus auris.  
**L**axant arua sinus superat tener omnibus humos  
**I**nque novos soles audent se gramina tuto  
**A**redere. nec metuit surgentes pampinus austros  
**A**ut actum celo magnis aquilonibus imbrem  
**S**ed trudit gemmas. et frondes explicat omnes  
**N**on alios prima crescentis origine mundi  
**I**lluxisse dies. alium ve habuisse tenorem  
**A**rediderim: ver illud erat: ver magnus agebat  
**D**rbis: et bybernis parcebant flatibus euri.  
**N**um primum lucem pecudes hausere virumq;  
**F**errea progenies duris caput extulit aruis.  
**I**mmissecq; fere siluis: et sydera celo.  
**N**ec res hunc tenere possent perferre laborem:  
**S**i non tanta quies iret frigusq;: caloremq;  
**I**nter: et exasperet celi indulgentia terras.  
**Q**uod superest quecunq; premes virgulta per agros  
**S**parge fimo pingui: et multa memor occule terra

# Libert secundus

**N**ut lapidem bibulum: aut squallentes infode cōchas  
**I**nter em̄ labentur aque: tenuisq; subibit  
**V**alitus: atq; animos tollent sata: iamq; reperti  
**Q**ui saxo super: atq; ingentis pondere teste  
**U**lgerent: hoc effusos munimen ad imbres.  
**H**oc vbi biulca siti findit canis estifer arua:  
**S**eminibus positis superest deducere terram  
**S**epius ad capita: et duros iactare bidentes  
**N**ut presso exercere solum subuomere: et ipsa  
**F**lectere luctantes inter vineta iuuenos.  
**T**um leues calamos: et rase bastilia virge  
**F**ragineasq; aptare sudes: furcasq; bicoznes  
**V**iribus eniti quarum: et contemnere ventos.  
**A**ssuescant: summasq; sequi tabulata per vltimos  
**A**c dum prima nouis adolescit frondibus etas  
**A**rcendum teneris: et dum se letus ad auras  
**P**almes agit: laxis per purum immissus habentis:  
**I**psa acies falcis nondum tentanda: sed vncis  
**A**rapende manibus frondes: interq; legende  
**I**nde vbi iam validus amplexe stirpibus vltimos

# Georgicorum

**E**xierint: tum stringe comas: tum brachia tunde.  
**A**n te reformidant ferrum: tum denique dura  
**E**xerce imperia: et ramos compesce fluentes.  
**A**xepende sepes etiam: et pecus omne tenendum est  
**A**recipue dum frons tenera: imprudensque laborum.  
**A**ut super indignas hyemes: solemque potentem  
**S**iluestres vni assidue: capreeque sequaces  
**I**lludunt: pascuntur oues, auldeque iuence  
**F**rigora: nec tantum cana concreta pruina.  
**A**ut grauis incumbens scopulis arenibus estas.  
**Q**uantum illi nocuere greges: durique venenum  
**D**entis et adorso signata in stirpe cicatrix.  
**N**on aliam ob culpam baccho caper omnibus aris  
**A**editur: et veteres ineunt proscenia ludii  
**P**remiaque ingentes pagos: et compita circum  
**A**beside posuere: atque inter pocula leti  
**D**ollibus in pratis vinctos saliere per vtres.  
**N**ec non ausonii: troia gens missa coloni  
**V**ersibus incomptis ludunt: risusque soluto.  
**D**raque corticibus sumunt horrenda cauatis

# Libert secundus

**E**t te bacche vocant per carmina leta: tibiq;  
**O**scilla ex alta suspendunt mollia pinn.  
**H**inc omnis largo pubescit vinea fetu  
**C**omplentur vallesq; caue: saltusq; profundi.  
**E**t quocunq; deus circum caput egit honestum  
**E**rgo rite sum: baccho dicemus honorem  
**C**arminibus patrijs: lanceq; et liba feremus.  
**E**t ductus cornu stabit sacer byrcus ad aram  
**R**inguiq; in veribus torrebimus extra columnis.  
**E**st etiam ille labor curandis vicibus alter  
**Q**ui nuncq; exhausti satis est: namq; omne quotannis  
**T**erq; quaterq; solum scindendum: glebaq; versis.  
**E**ternum frangenda bidentibus omne leuandum  
**F**ronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem  
**A**tq; in se sua per vestigia voluitur annus.  
**A**c iam olim seras posuit cum vinea frondes.  
**F**rigidus et siluis aquilo decussit honorem:  
**S**am tum acer curas venientem extendit in annum  
**R**usticus: et curuo saturni denre relictam  
**P**ersequitur vitem attondens: fingitq; putando.

# Georgicorum

**P**rimus humum fodito, primus deuecta cremato  
**S**armenta : et vallos primus sub tecta referto:  
**P**ostremus merito bis vitibus ingruit umbra.  
**B**is segetem densis obducunt sentibus herbe  
**D**urus uterq; labor, laudato ingentia rura:  
**E**xiguum colito nec non etiam aspera rusci  
**V**imina per siluam, et ripis fluuiialis arundo  
**A**editur, incultiq; exercet cura salicti,  
**I**am vincte vites, iam falcem arbuta reponunt,  
**I**am canit extremos effectus viuitor antes  
**S**ollicitanda tamen tellus: puluisq; mouendus  
**E**t iam maturis metuendus inppiter uis  
**C**ontra non vlla est oleis cultura: neq; ille  
**P**rocuruam expectant falcem rastrosq; tenaces  
**C**um semel bescerunt aruis aurasq; tulerunt,  
**I**psa satis tellus cum dente recluditur vno  
**S**ufficit humorem, et grauidas cum vomere fruges,  
**H**oc pinguem, et placitam paci nutritor oliuam  
**R**oma quoq; vt primum trunco s sensere valentes  
**E**t vires habuere suas ad sydera raptim

# Liber secundus

**Q**ui propria nituntur. opibus baud indiga nostre  
**R**ec minus inter ea fetu nemus omne grauescit  
**S**anguineisque inculta rubent auicularia baccis.  
**T**ondentur cythisi. thebas silua alta ministrat.  
**P**ascunturque ignes nocturni et lumina fundunt.  
**E**t dubitant boies serere. atque impendere curas  
**Q**uid maiora sequar. salices humilesque geneste  
**A**ut ille pecori frondem. aut pastoribus umbram  
**S**ufficiunt: sepemque satis. et pabula melli.  
**E**t iuuat vndantem buxo spectare cyterum.  
**N**aricieque picis lucos. iuuat arua videre  
**N**on raris hominum non ulli obnoxia cure.  
**I**pse caucaseo steriles in vertice silue.  
**Q**uas animosi euri assidue franguntque feruntque  
**D**ant alios alle fetus. dant vtile lignum  
**N**avigijs pinos. domibus cedrosque cupressosque  
**N**unc radios trinuere rotis. hic tympana plaustris  
**A**gricole et pandas. ratibus posuere carinas.  
**V**iminibus salices fecunde frondibus vlmis  
**A**t myrtus validis bastilibus. et bona bello

# Georgicorum

**C**ornus. styreos tarsi curvantur in arcus  
**N**ec tiliæ leues. aut torno rasile buxum  
**N**on formam accipiunt. ferroq; cauantur acuto  
**N**ec non et torrentem undam leuis innatat alnus  
**D**issa pado. nec non et apes erainina condunt  
**A**orticibusq; cauis. viciosaq; illicis aluo.  
**Q**uid memorandum eque bacheia dona tulerunt  
**B**acchus et ad culpam causas dedit. ille furentes  
**A**entauros leto domiut rhoetumq; pbolumq;  
**E**t magno byleum lapyrbis craterem minantem  
**D** fortunatos nimium: sua si bona nozint  
**A**gricolae: quibus ipsa procul discordibus armis  
**F**undit humo facilem victum iustissima tellus  
**S**i non ingentem foribus domus alta superbis  
**D**ane salutantum totis vomit edibus undam.  
**N**ec varios inbiant pulchra testudine postes  
**I**llusafq; auro vestes: ephireiaq; era  
**A**lba. nec assirio fucatur lana veneno.  
**N**ec casia liquidi corrumpitur vsus oliui.  
**A**c securam quies. et nescia fallere vita



# Liber secundus

**D**iues opum variarum, ac latis ocia fundis  
**S**pelunce, viuisq; lacus, aut frigida tempe,  
**D**ugitusq; boum, mollesq; sub arboze somni  
**N**on absunt illic saltus, ac lustra ferarum,  
**E**t patiens operum, paruoq; assueta iuuentus,  
**S**acra deum, sanctiq; patres extrema per illos  
**I**usticia excedens terris vestigia fecit.  
**D**e vero primum dulces ante omnia muse  
**Q**uarum sacra fero ingenti perculsus amore  
**A**ccipiant, celiq; vias, et sydera monstrent,  
**D**efectus solis varios, luneq; labores,  
**U**nde tremor terris, qua vi maria alta tumescant,  
**O** bicibus ruptis, rursusq; in se ipsa residunt,  
**Q**uid tantum oceano properent se tingere soles  
**H**iberni, vel que tardis mora noctibus obstet  
**S**in has ne possim nature accedere partes  
**F**rigidus obstiterit circum precordia sanguis,  
**R**ura mihi, et rigui placeant in vallibus amnes,  
**F**lumina amem, siluasq; inglorius, o vbi campi  
**S**pergiusq; et virginibus bacchata lacenis

# Georgicorum

**T**aygeta. o qui me gelidis in vallibus emi

**S**istat. et ingenti ramorum protegat umbra.

**F**elix qui potuit rerum cognoscere causas.

**A**lterq; metus omnis. et inexorabile fatum

**S**ubiecit pedibus. strepitumq; acherontis auarum.

**F**ortunatus et ille deos qui nouit agrestes.

**D**anaq; siluanumq; senem. nymphasq; sorores

**I**llum non populi fasces. non purpura regum

**F**lexit. et infidos agitans discordia fratres.

**A**ut coniurato descendens dacus ab bystro.

**N**on res romane perituraq; regna. neq; ille

**A**ut doluit miserans inopem. aut inuidit habenti

**Q**uos rami fructus. quos ipsa uolentia rura.

**S**ponte tulere sua carpsit nec ferrea iura.

**I**nsanumq; forum. aut populi tabularia uidit

**S**ollicitant alij remis freta ceca. ruuntq;

**I**n ferrum. penetrant aulas. et limina regum:

**H**ic petit excidijs urbem miserisq; penates

**E**t gemma bibat: et sarrano dormiat ostro

**C**ondit opes alius defossoq; incubat auro:

# Liber secundus

**H**ic stupet attonitus rostris: hunc plausus byantem

**P**er cuneos geminatus em̄ plebisq; patrumq;

**C**orripuit: gaudent perfusi sanguine fratrum

**E**xilioq; domos. et dulcia limina mutant:

**A**tq; alio patriam querunt sub sole iacentem.

**A**gricola incuruo terram dimouit aratro:

**H**inc anni labor. hinc patriam: paruosq; nepotes:

**S**ustinet hinc armenta bouum meritosq; iuuenos.

**N**ec requies: quin aut pomis exuberet annus

**A**ut fetu pecorum: aut cerealis mergite culmi

**P**rouentuq; oneret sulcos: atq; horrea vincat:

**V**enit byems: teritur sicynia bacca: traperia

**B**lande sues leti redeunt: dant arbuta silues

**E**t varios ponit fetus autumnus: et alte

**M**itis in apricis coquitur vindemia saxis.

**I**nterea pendent dulces circum oscula nati.

**A**sta pudicitiam seruat domus: vbera vacce

**L**actea demittunt: pinguesq; in gramine leto

**I**nter se aduersis luctantur cornibus bedi.

**I**pse dies agitat festos fususq; per herbam

# Georgicorum

**I**gnis ubi in medio. et focij cratera coronant:  
**E**t libans lenee vocat: pecorisq; magistris  
**V**elocis iaculi certamina ponit in vlimo.  
**C**orporaq; agresti nudant predura palestra.  
**H**anc olim veteres vitam coluere sabini.  
**H**anc remus et frater: sic fortis betruria creuit  
**S**cilicet. et rerum facta est pulcherrima roma.  
**S**eptem que vna sibi muro circumdedit arces.  
**A**nte etiam sceptrum dicti regis et ante  
**I**mpia quam cesis gens est epulata iuencis:  
**A**ureus banc vitam in terris saturnus agebat.  
**N**ecdum etiam audierant inflari classica. necdum  
**I**mpositos duris crepitare incudibus enses.  
**S**ed nos immensum spacijs confecimus equor:  
**E**t iam tempus equum fumantia soluere colla

## Quidij in tertium Georgi con Tetrastibicon.

**A**q; pales. et pastorum memorande per orbem.  
**E**t pecorum cultus. et gramine pascua leta.  
**Q**uis habitent armenta locis. stabulentur et agni.

intelligit a pe  
romam

# Libert tertius

cat. Solom. q. norm.  
p. b. i. l. i. It. m. affe.  
q. n. u. s. p. o. t. i. s. s. i. m. u.  
t. i. a. s. v. o. s. q. u. i. a. a. l. i. u.  
n. o. n. r. e. p. o. t. e. r. e.

Omnia diuino monstrant carmine vates.

## Georgicon ad mecenatem

Libert tertius.

**E** quoq; magna pales. et te memorēde canemus.

**P**astor ab amphriso. vos silue amnesq; licei

**L**etera que vacuas tenuissent carmina mentes:

Omnia iam. vulgata. quis aut euristea durum.

Aut illaudati nescit busiridis aras.

**L**ui non dictus bylas puer. et latonia delos.

**H**ippodameq; bumeroq; pelos insignis eburno:

**A**cer equis. tentanda via est qua me quoq; possim

**T**ollere humo. victorq; virum volitare per ora

**P**rimus ego in patriam mecum modo vita supersit.

**N**onno rediens deducam vertice musas

**A**rimus idumeas referam tibi mantua palmes.

**E**t viridi in campo templum de marmore ponam.

**P**ropter aquam tardis ingens vbi fluxibus errat

**D**incius. et tenera preterit arundine ripas.

**I**n medio michi cesar erit. templumq; tenebit

**I**llic victor ego. et tyrio conspectus in ostro

# Georgicorum

**A**entum quadri iugos agitabo ad flumina curris.  
**S**uncta mihi alpeum linquens. lucosq; molorchi  
**A**ursibus et crudo decernet gretia cestu.  
**I**pse caput tonse folijs ornatus oliue  
**D**ona feram. iam nunc solemnes ducere pompas  
**A**d delubra iuuat. cesosq; videre iuuenos  
**U**el scena ut versis discedat frontibus utq;  
**P**urpurea intexti tollant aulea britanni.  
**I**n foribus pugnam ex auro. solidosq; elephanto  
**S**angaridum faciam. victorisq; arma quirini.  
**A**tq; bic undantem bello. magnosq; fluentem  
**N**ilum. ac nauali surgentes ere columnas.  
**A**ddam vrbes asie domitas. pulsumq; nipbatem.  
**F**identemq; fuga partium. versisq; sagittis  
**A**t duo rapta manu diuerso ex hoste trophea.  
**B**isq; triumphatas utroq; ab littoze gentes  
**S**tabunt et parij lapides spirantia signa.  
**A**ssaraci proles. demissosq; ab ioue gentis.  
**N**omina trosq; parene. et troie cythibus auctore  
**I**nuidia infelix furias. annemq; seuerum

# Liber tertius

**T**ocytli metuat: tortosq; Ixionis angues.

**I**mmanemq; rotam, et non exuperabile saxum.

**I**nterea dryadum silvas, saltusq; sequamur.

**I**ntactos tua mecenas, baud mollia iussa.

**T**e sine nil altum mens inchoat, en age segnis.

**R**umpe moras, vocat ingenti clamore cirberon:

**T**aygetiq; canes, domitriq; epidaurus equorum.

**E**t vox assensu nemorum ingeminata remugit.

**D**ox tamen ardentis accingat dicere pugnas.

**C**esaris et nomen fama tot ferre per annos.

**T**ytboni prima quod abest ab origine cesar.

**S**eu quis olympiace miratus premia palme

**N**ascit equos, seu quis fortis ad aratra iuencos:

**C**orpora precipue matrum legat, optima torue

**F**orma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix:

**E**t crurum tenus a mento palcaria pendent.

**T**um longo nullus lateri modus: omnia magna

**P**es etiam: et camuris byrte sub cornibus aurcs.

**N**ec mihi displiceat maculis insignis et albo

**A**ut iuga detrectans interdumq; aspera cornu.

# Georgicorum

**E**t faciem tauro propior queq; ardua tota

**E**t gradiens yma verrit vestigia cauda:

**E**tas lucinam iustosq; pari hymeneos:

**D**efine ante decem: post quatuor incipit annos:

**L**etera nec feture babilis: nec fortis aratris:

**I**nterca superat gregibus dum leta iuuentus:

**S**olue mares mitte in venerem pecuaria primus

**A**lq; aliam ex alia generando suffice prolem.

**O**ptima queq; dies miseris mortalibus cui

**P**rima fugit: subeunt morbi tristisq; senectus

**E**t labor: et dire rapit inclementia mortis.

**S**emper erunt: quarum mutari corpora malus

**S**emper em̄ refice: ac ne post amissa requiras.

**A**nteveni: et sobolem armento sortire quotannis

**N**ec non et pecori est idem delectus equino.

**T**u modo quos in spem statuis summittere gentis.

**P**recipuum iam inde a teneris impende laborem

**C**ontinuo pecoris generosi pullus in aruis

**A**ltius ingreditur: et mollia crura reponit:

**P**rimus et ire viam: et fluuios tentare minaces



# Libert tertius

**A**udet: et ignoto se se committere ponto.  
**H**ec vanos horret strepitus: illi ardua ceruic  
**A**rgutumq; caput: breuis aluus. obesaq; terga.  
**L**uxuriatq; toris animosum pectus honesti  
**S**padices: glauciq; color deterrimus albis  
**E**t giluo: tum si qua sonum procul arma dedere  
**S**tare loco nescit: micat auribus: et tremit artus  
**C**ollectumq; fremens voluit sub naribus ignem  
**D**ensa iuba: et dextro iactata recumbit in armo:  
**E**t duplex agitur per lumbos spina cauatq;  
**T**ellurem: et solido grauius sonat vngula cornu:  
**T**alis amycei domitus pollucis habens  
**A**llarus et quorum grai meminere poete  
**M**artis equi biuges et magni currus acbillis  
**T**alis et ipse iubam ceruice effudit equina  
**A**oniugis aduentu pernix saturnus: et altum  
**A**elion binnitu fugiens impleuit acuto.  
**N**unc quoq; vbi aut morbo grauis aut iam segnior annis  
**D**eficit abde domo: nec turpi ignosce senecte.  
**F**rigidus in venerem senior: frustra q; laborem;

# Georgicorum

Ingratum trahit et si quando ad prelia ventum est.  
Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis  
In cassum ferit: ergo animos cuumq; notabis  
Precipue: hinc alias artes prolemq; parentum  
Et quis cuiq; dolor victo: que gloria palme  
Nonne vides cum precipiti certamine campum  
Corripuere. ruuntq; effusi carcere currus:  
Cum spes arrecte iuuenum exultantiaq; bauris  
Ardapauor pulsans: illi instant verberere torto  
Et proni dant loza: volat vi feruidus axis.  
Iamq; humiles: iamq; elati sublimi videntur  
Aera per vatuum ferri: atq; assurgere in auras  
Nec mora nec requies: at fulue nymbus arene  
Tollitur: humescunt spumis: flatuq; sequentum  
Tantus amor laudum: tanta est victoria cure.  
Primis erichtbonius currus et quatuor ausus  
Iungere equos: rapidisq; rotis insistere victor  
Frena peletbronij lapithe: gyrosq; dedere  
Impositi dorso atq; equitem docuere sub armis  
Insultare solo: et gressus glomerare superbos

## Libertertius

Equus uterq; labor: eque iuuenemq; magistri  
Exquirunt: calidumq; animis et cursibus acrem  
Quamuis sepe fuga verfos ille egerit hostis:  
Et patriam epirum referat: fortisq; micenas:  
Heptumq; ipsa deducat origine gentem.  
His animaduersis instant sub tempus: et omni  
Impendunt curas denso distendere pingui:  
Quem legere ducem: et pecori duxere maritum:  
Florentisq; secant herbas fluuiosq; ministrant  
Farras: ne blando nequeant superesse labori:  
Inualidi partum referant ieiunia nati.  
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes:  
Atq; vbi concubitus primos iam nota voluptas  
Sollicitat frondesq; negant et fontibus arcene  
Sepe etiam cursu quatiunt: et sole fatigant:  
Tum grauius tonsis gemit area frugibus: et cum  
Surgentem ad zepbirum palee iactantur inanes:  
Hoc faciunt: nimio ne luxu obtusior usus

ff i

# Georgicorum

**S**it genitali aruo: et sulcos obliquet inertes.  
**S**ed rapiat sitiens venerem interiusq; recondat  
**R**ursus cura patrum cadere et succedere matrum  
**I**ncipit exactis grauide cum mensibus errant:  
**N**on illas grauib; quisquã iuga ducere plaustris  
**N**on saltu superare viam sit passus: et acri  
**C**arpere prata fuga fluuiosq; innare rapaces.  
**S**altibus in vacuis pascant. et plena secundum  
**A**lumina: muscus vbi et viridissima gramine ripa.  
**S**pelunccq; tegant: et saxea procubet vmbra.  
**E**st lucos silari circa ilicibusq; virentem  
**M**urinus alburum volitans cui nomen asilo  
**R**omanum est. oestrum graij vertere vocantes.  
**A**sper: acerba sonans: quo tota exterrita siluis  
**D**iffugiunt armenta: furit mugitibus etber  
**C**oncussus. silueq; et sicci ripa tanagri.  
**H**oc quondam monstro horribiles exercuit iras  
**I**nachie iuno pestem meditata iuence.

## Liber tertius

**N**unc quoque nam medijs feruoribus acrior instat  
**A**rcebis grauido pecori. armenta que pasces  
**S**ole recens orto aut noctem ducentibus astris.  
**P**ost partum cura in vitulos traducitur omnis  
**C**ontinuoque notas. et nomina gentis inurunt  
**E**t quos aut pecori malint summittere habendo.  
**A**ut aris seruare sacris: aut scindere terram.  
**E**t campum horrentem fractis inuertere glebis.  
**A**etera pascuntur virides armenta per herbas  
**T**u quos ad studium. atque usum formabis agrestem.  
**I**am vitulos hortare. viamque insiste domandi  
**D**um faciles animi iuuenum. dum mobilis etas.  
**A**c primum laxos tenui de vimine circulos  
**S**eruice subnecte. de hinc ubi libera colla  
**S**eruitio assuerint. ipsis e torquibus aptos  
**I**unge pares. et coge gradum conferre iuuenos  
**A**tque illis iam sepe rote ducantur inanes  
**P**er terram. et summo vestigia puluere signent

ff ij

# Georgicorum

**P**ost valido nitens sub pondere faginus aris  
**I**nstrepat: et iunctos tethno trahat ereus orbis  
**I**nterea pubi indomite non gramina tantum  
**N**ec vescas salicum frondes: vluamq; palustrem  
**S**ed frumenta manu carpes sata: nec tibi fete  
**M**oze patrum muesa implebunt multraria vacce  
**S**ed tota in dulces consument vbera natos.  
**S**in ad bella magis studium: turmasq; feroces  
**A**ut alpea rotis prelabi flumina pise  
**E**t iouis in luco currus agitare volantes:  
**P**rimus equi labor est: animos atq; arma videre  
**B**ellantum: lituosq; pati: tractuq; gementem  
**F**erre rotam: et stabulo frenos audire sonantis.  
**T**um magis atq; magis blandis gaudere magistri  
**L**audibus et plause sonitum cervicis amare.  
**A**tq; hec iam primo depulsus ab vbere matris  
**A**udiat. inq; vicem det mollibus ora capistris  
**I**nvalidus. iam iamq; tremens. etiamq; inscius cui.

# Liber tertius

At tribus exactis. ubi quarta accesserit etas.

Carpere mox gyrum incipiat gradibusq; sonare

Compositis. sinuetq; alterna volumina crurum

Sicq; laboranti similis. tum cursibus auras

Pronocet. ac per aperta volans ceu liber habenis

Equora vix summa vestigia ponat barena.

Qualis hyper boreis aquilo cum densus ab oris

Incubuit: scythicq; byemes atq; arida differt

Nubila: tum segetes alte campiq; natantes.

Leuibus horrescunt flabris summeq; sonorem

Dant silue: longiq; vrgent ad littoza fluctus:

Ille volat simul arua fuga: simul equora verrens

Hic vel ad elei metas: et maxima campi

Sudabit spatia: et spumas aget ore cruentas.

Belgica vel molli melius feret effeda collo.

Tum demum crassa magnum farragine corpus

Creescere iam domitis finito nanq; ante domandum

Ingentes tollent animos: prensiq; negabunt:

¶ 15

# Georgicorum

**V**erbera lenta pati: et duris parere lupatis  
**S**ed non vlla magis vires industria firmat:  
**Q**uam venerem et ceci stimulos auertere amoris  
**S**ive boum siue est cui gratior vsus equorum,  
**A**tq; ideo tauros procul; atq; in sola relegant  
**P**ascua post montem oppositum, et trans flumina lata,  
**N**ut iutus clausos satura ad prescopia seruant.  
**A**rpit em vires paulatim: vritq; videndo  
**F**emina: nec nemorum patitur meminisse: nec berbe  
**D**ulcibus illa quidem illecebris et sepe superbos  
**C**ornibus inter se subigit decernere amantes.  
**P**ascitur in magna silua formosa iuuenca.  
**A**lli alternantes multa vi prelia miscent  
**V**ulneribus crebris: lauit ater corpora sanguis.  
**V**ersaq; in obnixos vrgentur cornua vasto  
**T**um gemitu reboant silueq; et magnus olimpus  
**N**ec mos bellantis vna stabulare sed alter  
**V**ictus ab itlongeq; ignotis exulat oris



# Liber tertius

**D**ulca gemens ignominiam: plagasq; superbi

**V**ictoris: tum quos amisit inultus amores.

**E**t stabula aspectans regnis excessit auicis.

**E**rgo omni cura vires exercet. et inter

**D**ura iacet pernix instrato sacra cubili

**S**pondibus byrsuris: et carice passus acuta.

**E**t tentat sese. atq; irasci in cornua discit

**A**rboris obnixus trunco. ventosq; lacefcit

**I**ctibus. et sparsa ad pugnam proludit barena.

**P**ost ubi collectum robur. viresq; recepte.

**S**igna mouet. precepisq; oblitum fertur in hostem

**F**luctus vt in medio cepit cum albescere ponto

**L**ongius: et altoq; sinum trahit. vtq; volutus

**A**d terras immane sonat per sacra: nec ipso

**D**onte minor procumbit. at yma crestat vnda

**N**orticibus: nigramq; alte subiectat barenam.

**D**imne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;

**E**t genus equorum. pecudes picteq; volucres

# Georgicorum

**I**n furas ignemq; ruunt, amor omnibus idem  
**T**empore non alio catulorum oblita leaena,  
**S**eulor erravit campis nec funera vulgo  
**T**am multa informes vrsi stragemq; dedere,  
**H**ersiluas, tunc seuus aper, tum pessima tigris  
**N**eu male tunc tibi solis erratur in agris,  
**N**onne vides vt tota tremor pertinet equorum  
**C**orpora, si tantum notas odor attulit auras,  
**A**c neq; eos iam frena virum, neq; verbera senas  
**N**on scopuli: rupesq; caue, atq; obiecta retardans  
**F**lumina, correptosq; vnda torquentia montes  
**I**psa ruit, dentesq; sabellicus exacuit sus  
**A**t pede prosubigit terram fricat arboze costas  
**A**tq; hinc, atq; illinc humeros ad vulnera durat  
**Q**uid iuuentis magnum cui versat in ossibus ignem  
**D**urus amor, nempe abruptis turbata procellis,  
**N**octe natat ceca serus freta quem super ingens,  
**R**orta tonat celi et scopulis illisa reclamans

# Liber tertius

**E**quora. nec miseri possunt reuocare parentes.

**N**ec moritura super crudeli funere virgo.

**Q**uid lynces bacchi varie: et genus acre luporum

**A**ctq; canum: quidq; imbelles dant prelia ceruis

**S**cilicet ante omnes furor est insignis equarum.

**E**t mentem venus ipsa dedit. quo tempore glauci

**R**orniades malis membra absumpsere quadrigae.

**I**llas ducit amor trans gargara: transq; sonantem

**A**scanium: superant montes: et flumina tranant.

**C**ontinuo audis vbi subdita flamma medullis

**Q**uere magis quia vere calor redit ossibus ille

**D**re omnes verse in zephirum stant rupibus altis:

**E**xceptantq; leues auras. et sepe sine vllis

**C**onungis vento grauide: mirabile dictu:

**S**axa per et scopulos. et depressas conualles

**D**iffugiunt. non eue tuos. neq; solis ad ortus

**I**n boream caurumq;. aut vnde nigerrimus auster

**N**ascitur et pluuio contristat frigore celum:

# Georgicorum

**H**inc demum byppomanes. vero quod noie dicunt.  
**P**astores lentum distillat ab inguine virus  
**H**ypomanes quod sepe male legere nouerit  
**D**iscueruntque verbas. et non innocua verba.  
**S**ed fugit interea. fugit irreparabile tempus  
**S**ingula dum capti circumuectantur amore  
**H**oc satis armentis superat pars altera cure  
**A**nigeros agitare greges. byrtasque capellas  
**H**inc labor. hinc laudem fortes sperate coloni.  
**N**ec sum animi dubias verbis ea vincere magnum  
**Q**uam sit. et angustis hunc addere rebus bonorem  
**S**ed me parhisi deserta per ardua dulcis  
**R**aptat amor. iuuat ire ingis qua nulla priorum  
**A**stalias molli diuertitur orbita cliuo.  
**N**unc veneranda. pales. magno nunc ore sonandum  
**I**ncipiens stabulis edico in mollibus herbam  
**C**arpere oues. dum mox frondosa reducitur estas.  
**E**t multa. duram stipula filicumque manipulis

# Libert tertias

**S**ternere subter humum. glacies ne frigida ledat.  
**D**olle pecus. scabiemq; ferat. turpesq; podagras  
**P**ost hinc digressus iubeo frondentia capris  
**A**rbusa sufficere. et fluuios prebere recentes:  
**E**t stabula a ventis hyberno opponere soli  
**A**d medium conuersa diem. cum frigidus olim  
**J**am cadit. extremosq; irroizat aquarius anno  
**H**ec quoq; non cura nobis leuioze tuenda  
**H**ec minor vsus erit. quamuis millesia magnos  
**T**ellera mutantur tyrios incocta rubores.  
**D**ensior. hinc soboles. hinc largi copia lactis.  
**Q**uam magis exhausto spumauerit vbere mulctra  
**A**cta magis pressis manabunt vbera mammis.  
**H**ec minus interea barbas incanaq; menta  
**S**yniphei tondent birci. setasq; comantis  
**U**sam in castrorum: et miseris velamina nautis.  
**A**ascuntur vero siluas. et summa licij  
**H**orentisq; rubos et amantes ardua dumos.

# Georgicorum

**A**tq; ipse memores redeunt in tecta suosq;  
**D**ucunt. et grauido superant vix vbera limen.  
**E**rgo omni studio glaciem ventosq; niuales.  
**Q**uo minor est illis cure mortalis egestas.  
**Q**uertes victumq; feres. et virgea letus  
**N**abula. nec tota claudes foenilia bruma.  
**A**t vero zephyris cum leta vocantibus estas  
**I**n saltus vtrumq; gregem atq; in pascua mittes  
**L**uciferi primo cum sydere frigida rura  
**A**rpamus dum mane nouum. dum gramina canent.  
**E**t ros in tenera pecori gratissimus herba est.  
**I**nde vbi quarta sitim celi collegerit hora.  
**E**t cantu querule rumpent arbusta cicade.  
**A**d puteos aut altagreges ad stagna iubeto  
**C**urrentem ilignis potare canalibus undam  
**A**stibus ac medijs vmbrosam exquirere vallem.  
**S**ic vbi magna iouis antiquo robore quercus  
**I**ngentes tendat ramos. aut sicubi nigrum

## Libert tertius

Illicibus crebris sacra nemus accubat vmbra  
Tum tenues dare rursus aquas. et pascere rursus  
Solis ad occasum. cum frigidus aera vesper  
Temperat et saltus reficit iam rosida luna.  
Littoraq; alcionem resonant. et acanthida dumi  
Quid tibi pastores lybie. quid pascua versu  
Prosequar et raris habitata magalia tectis.  
Sepe diem. noctemq;. et totum ex ordine mensem  
Pascitur. itq; pecus longa in deserta sine vllis  
Hospitijs tantum campi iacet omnia secum  
Armentarius aser agit. tectumq; laremq;.   
Armaq; amictumq; canem cressamq; pbaretram  
Non secus ac patrijs acer romanus in armis  
Iniusto sub fasce viam cum carpit. et hosti  
Ante expectatum positus stat in agmine castris  
At non qua scitbie gentes meoticaq; vnda.  
Turbidus. et torquens flauentes ister barenas.  
Quaq; redit medium rhodope porrecta sub axem  
